



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, calle de la Rua, 59.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI DIVINA PROVIDENTIA PPAE XV

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES, PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES, PER QUAS PUBLICAE INDICUNTUR PRECES PRO CONVENTU DE PACE COMPONENTA.

BENEDICTUS PAPA XV

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Quod iam diu orbis terrarum anxio expetebat, quod christianae gentes omnes summis precibus implorabant, quod Nos, ut communium dolorum interpretes, paterno erga omnes studio instanter quaerebamus, id momento factum cernimus ut arma tandem conquieverint. Nondum quidem crudelissimo bello finem sollemnis pax imposuit; sed tamen pactio illa, qua caedes et

vastationes terra mari caeloque intermissae sunt, januam aditumque ad pacem feliciter patefecit. Quae rerum subita commutatio cur evenerit, multiplices variaeque sane possunt caussae afferrī: verum si ultima et summa ratio quaeritur, ad Eundem mens attollatur oportet, cuius nutu moventur omnia, qui, sollicita bonorum comprecatione ad misericordiam inductus, dat humano generi ut a tam diuturno angore luctuque respiret. Itaque pro tanto beneficio ingentes benignissimo Deo agenda sunt atque habendae crebras et celebres pietatis publicae significationes factas esse. Nunc autem illud est a Dei benignitate impetrandum ut collatum mundo beneficium ac munus cumulet quodammodo et perficiat. Scilicet propediem in unum convenient qui, populorum mandato, debent iustam mansuramque pacem orbis terrae componere. Deliberatio iis habenda est talis, qua nec maior unquam nec defficiolior in ullo hominum consilio habita esse videatur. Nimum quantum igitur divini luminis ope indigent, ut recte possint mandatum exequi. Quum vero communis salutis hoc vehementer intersit, profecto catholicorum omnium, qui, e sua ipsorum professione, humanae societatis bono et tranquillitati student, officium est "assistricem Domini sapientiam," eisdem delectis viris comprecando conciliare. Huius officii Nos, quotquot sunt catholici homines, commonefiant volumus: quare ut e proximo conventu magnum illud Dei donum existat quod est vera pax, christianis iustitiae principiis constituta, vos, Venerabiles Fratres, *Patri luminum* propitiando publicas ad arbitrium vestrum supplicationes in unaquaque vestrum dioecesium paroecia indicire maturabitis. Nostrum vero erit, cum Iesu Christi *Regis Pacifici* vices, quamquam nullo merito, geramus, pro apostolici muneris vi et auctoritate contendere, ut quae ad tranqui-

lilitatem ordinis et concordiam toto orbe perpetuandam consulta erunt, ea volentibus animis ubique a nostris excipiantur, inviolateque servantur.

Auspicem divinatorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae, vobis et Clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime in Domino imperimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die 1, mensis Decembris MDCCCCXVIII. Pontificatus Nostri anno quinto.

BENEDICTUS PP. XV.

TEXTO CASTELLANO

“Lo que el universo esperaba ansiosamente desde hace tiempo, lo que pedían todos los pueblos cristianos en sus oraciones, lo que Nós, interpretando los dolores comunes, procurábamos ardientemente con la paternal solicitud que por todos sentimos, acabamos de verlo repentinamente realizado.

Las armas descansan finalmente.

La paz no ha puesto todavía de una manera solemne término a esta cruelísima guerra; no obstante, la convención, que ha interrumpido por mar y por tierra y en los aires la carnicería y las devastaciones, abrió felizmente los caminos de la paz.

¿Por qué se ha producido este cambio tan repentinamente? Se podrían indicar varias causas; pero, si buscamos la razón suprema, es preciso que el espíritu se eleve hacia a Aquél del cual todo depende y que, movido a misericordia por el incesante suplicar de los buenos, concede al género humano el verse libre de angustias y duelos tan prolongados.

Así, pues, debemos dar a Dios las gracias; y Nós

hemos visto con regocijo, en todo el universo católico, numerosas y brillantes manifestaciones de la piedad pública.

Ahora réstanos obtener de la bondad divina que complete su beneficio y lleve a su término el dón que ha concedido al mundo. Estos días deben reunirse, en efecto, los que en virtud de mandato de los pueblos tienen que establecer en el mundo una paz justa y duradera: jamás deliberación alguna más importante ni más difícil ha sido confiada a una Asamblea humana.

Tienen, pues, en alto grado necesidad de la luz divina, a fin de poder llevar a buen término su cometido. El bien de todos está en ello grandemente interesado; y todos los católicos, que por razón de sus mismas creencias ponen muy alto el bien y la tranquilidad humana, tienen seguramente el deber de alcanzar con sus oraciones, para estos hombres eminentes, la asistencia de la divina sabiduría. Nós queremos que todos los católicos estén advertidos de este deber.

Por lo tanto, para que las próximas Asambleas produzcan este gran dón de Dios, que es la verdadera paz, procuraréis, Venerables Hermanos, invocando al Padre las luces, ordenar, en la forma que mejor os parezca, oraciones públicas en cada una de vuestras diócesis y parroquias.

En cuanto a Nós, ya que sin ningún mérito por nuestra parte, ocupamos el lugar de Jesucristo, Rey pacífico, emplearemos toda la influencia de nuestro ministerio apostólico a fin de que las decisiones que se tomen para perpetuar en el mundo la tranquilidad del orden y la concordia, sean en todas partes aceptadas por los católicos y fielmente ejecutadas.

Como prenda de los favores celestiales y en testimonio de nuestra benevolencia, os enviamos afectuosamente a Vosotros y a vuestro Clero y pueblo la Bendición apostólica.

Dado en Roma, el 1.º de Diciembre de 1918, el quinto de nuestro pontificado.

BENEDICTO PAPA XV.,

OBISPADO DE SALAMANCA

CIRCULAR

A fin de dar cumplimiento a lo ordenado por Nuestro Santísimo Padre el Papa Benedicto XV en la preinserta Encíclica, hemos tenido a bien disponer y disponemos, de acuerdo con nuestro Ilmo. Cabildo, que el día 6, fiesta de la Epifanía del Señor, en nuestra Santa Iglesia Basílica Catedral, después de la Misa Pontifical que en ella Nos proponemos celebrar, con el favor de Dios, se haga la exposición mayor de S. D. M. que quedará a la pública adoración todo el día. Se establecerán turnos con las personas pertenecientes a las Cofradías y Asociaciones piadosas, sin excluir a los niños, que velen de media en media hora al Santísimo Sacramento y pidan en su oración al Padre de las Luces que ilumine a los representantes de las naciones para que concierten una paz justa y duradera.

Por la tarde, a las cuatro y media se rezará la estación al Santísimo y el Santo Rosario, se cantará el Himno *Veni Creator Spiritus* con las preces que van al pie de esta Circular, terminando con la bendición y reserva del Santísimo Sacramento.

Fuera de la capital mandamos que se practiquen los mismos cultos en todas las iglesias parroquiales de la diócesis después de la misa mayor del mismo día 6

o en otro día festivo, con la solemnidad que permitan las circunstancias de cada localidad.

Salamanca 1.º de Enero de 1919.

✠ EL OBISPO DE SALAMANCA.

* * *

Post Hymnum “Veni Creator”, dicantur sequentia

Antiphona.—Propitius esto peccatis nostris, Domine, ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum?

Psalm. 78. Deus, venérunt Gentes in haereditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum: * posuérunt Jerúsalem in pomorum custódiam.

Posuérunt morticina servórum tuorum, escas volatilibus caeli: * carnes sanctórum tuórum béstiis terrae.

Effudérunt sanguinem eórum tamquam aquam, in circúitu Jerúsalem: * et non erat qui sepeliret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris: * subsanatio et illúsis his, qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo, Dómine, irascéris in finem: * accendé-tur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in Gentes, quae te non novérunt: * et in regna, quae nomen tuum non invocavérunt:

Quia comedérunt Jacob: * et locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, cito anticipent nos misericórdiae tuae: * quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: * et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum:

Ne forte dicant in Géntibus: Ubi est Deus eórum? * et innotéscat in natióibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est: *
intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndum magnítudinem bráchii tui, * pósside fi-
lios mortificatórum.

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: *
impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dó-
mine.

Nos autem pópulus tuus, et oves páscuae tuae, *
confitébimur tibi in saéculum.

In generatióem et generatióem * annuntiábimus
laudem tuam.

Gloria Patri et Filio...

(Repetitur antiphona).

Dominus vobiscum...

Oremus.

Deus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum;
concede plebi tuae piae petitionis effectum; ut quibus
dedisti fidem, largiaris et pacem. Per Dominum... in
unitate ejusdem.

SECRETARIA DE CAMARA

CIRCULAR

Recordamos a los señores Curas párrocos y encar-
gados de parroquias el mandato de nuestro Santísimo
Padre León XIII, en su Encíclica de 20 de Noviembre
de 1890, respecto a la colecta que en todas las iglesias
del orbe católico debe hacerse en el día solemne de la
Epifanía del Señor, para la abolición de la esclavitud;
leyendo esta circular al ofertorio y pasando por el

pueblo con una bandeja o cepillo al tiempo del *Post communio*.

Como en años anteriores, se remitirán a esta Secretaría de Cámara, las limosnas recaudadas en la diócesis, para enviarlas oportunamente a su destino.

Salamanca, 31 de Diciembre de 1918.

DR. AGUSTÍN PARRADO.

Secretario.

Sacra Congregatio Consistorialis

DECRETUM

De clericis e militia redeuntibus

Redeuntibus e militari servitio clericis, oportet ut Ordinarii omnes maximo cum studio nitantur eos omnes a mundano pulvere detergere, quo inter armorum strepitus et quotidiana pericula primum est etiam religiosa corda sordescere, eosque ab irregularitatibus et ab impedimentis quae dimicando contraxerint liberare. Hoc sane exigit ipsorum bonum, fidelium animarum salus et Ecclesiae utilitas.

Itaque Beatissimus Pater Benedictus PP. XV, dum cum Episcopis universis impense dolet grave vulnus ecclesiasticae disciplinae illatum clericos adigendo ad militare stipendium faciendum, quod, praeter reliqua, tot parochias spiritualibus subsidiis et Seminaria suis alumnis magno cum christiana plebis detrimento privavit; in praesenti cum pax diu desiderata in eam sit ut lucescere videatur, ad sanctum finem assequendum renovandi in sacerdotibus a militia reversis ecclesiasticum spiritum et diluendi noxas quas forte

contraxerint, auditis haud paucis Archiepiscopis nationum omnium quae inter se praesenti bello dimicant, de consulto peculiaris coetus Emorum. Cardinalium, haec quae sequuntur statuit ac decrevit:

CAPUT I

De irregularitatibus

I. Omnibus Ordinariis locorum et religiosorum facultas conceditur dispensandi ab irregularitate ex defectu corporis cum suis sacerdotibus e militari servitio revertentibus, quoties ex testimonio scripto magistri caeremoniarum, qui sacerdotem examini subiecerit, plane constiterit ipsos posse sine alieno auxilio servare cum decore omnes ritus necessarios in Missae celebratione praescriptos; onerata super hoc ipsorum Ordinariorum conscientia.

In casibus vero gravioribus vel dubiis, et quoties agatur de non promotis ad sacerdotium, recurrendum erit ad S. Sedem.

II. Pariter omnibus Ordinariis facultas conceditur dispensandi, saltem ad cautelam, ex irregularitate, quae a canonistis olim dicebatur *ex defectu lenitatis*, quoties sacerdotes, clerici et seminariorum seu religionum alumni in eam incurrerint non ex facto proprio sed ex necessitate, coacti nempe ad arma capesenda et mortem vel mutilationem forte inferendam. Quoties vero agatur de clericis in sacris qui, non legum necessitate coacti, sponte sua se obtulerunt ad arma suscipienda, aut ea susceperunt, pro dispensatione ad S. Sedem erit recurrendum, firmo tamen praescripto can. 188, n. 6.^o

Quapropter Ordinarii, praevio examine in singulis casibus, decernant cum revertentibus e militia quos

ab irregularitate absolvere possint, quos ad S. Sedem remittere debeant.

Ipsi autem sacerdotes qui e militia revertuntur et sciunt se irretitos esse irregularitate S. Sedi reservata, ne audeant sacris ministrare ante obtentam dispensationem.

CAPUT II

De dandis et assumendis informationibus

III. Singuli locorum Ordinarii de clericis et Seminariorum alumnis alterius iurisdictionis, qui in sua dioecesi militare servitium obeuntes per notabile tempus commorati sunt, vel adhuc commorentur, notitias, quantum fieri potest plenas, propriis illorum Ordinariis quam cito praebere accuratissime satagent: idque gravissimum conscientiae officium esse reputent, quo neglecto, haud modica christianae rei oriri poterunt detrimenta.

Notitias autem, quas Ordinarii de suis clericis et alumnis receperint, complere studeant per informationes ab aliis fontibus ac personis, ad rem quam diligentissime assumptis, ac demum per examen etiam personale de quo infra.

CAPUT III

De sacerdotibus saecularibus et regularibus

IV. Sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, redeuntes e militia, intra decem dies a reditu tenentur se sistere coram Ordinario suo eique exhibere litteras Ordinarii Castrensis vel saltem militaris cappellani sui, aliaque documenta quae testimonium reddant de eorum vita et moribus; quae omnia proinde secum afferre curabunt. Ordinario autem eos percontanti de

iis quae pertinent ad externam seu publicam vitae rationem quam in militia duxerunt, de operibus ibi actis, de locis ubi commorati sint, respondere ex conscientia secundum veritatem iubentur.

Qui intra tempus superius praefixum Ordinarium suum non adibunt, suspensi manent ipso facto a divinis: a qua censura non relevabuntur, nisi quum quae supra mandata sunt impleverint.

V. Omnes sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, intra tempus ab Ordinario suo designandum (quod sine iusta et necessaria causa nimium protrahere non licebit), secedere debent in aliquam piam domum ab Ordinario designatam ad spiritualia exercitia peragenda, iuxta ipsius Ordinarii praescriptiones.

Qui huic praecepto non satisfecerint, manebunt pariter ipso facto suspensi a divinis, a qua censura non liberabuntur, nisi quum exercitiorum domum ingredientur.

VI. Quum spiritualia exercitia, ut fructuose fiant, peragi debeant in aliqua pia domo a mundanis rumoribus remota, in silentio, sub ductu prudentis ac pii directoris et cum subsidio praedicatorum et confessorum qui cum doctrina et prudentia vitae sanctitatem coniungant, necesse est ut Ordinarii multo cum studio haec omnia comparent.

Sed quum vix possibile sit ut singulae dioeceses et religionum provinciae domum pro spiritualibus exercitiis plene instructam habeant; Episcopi curent cum aliis eiusdem provinciae aut regionis Praesulibus convenire ad communem aliquam domum designandam et instruendam. Idem ut Ordinarii religiosorum peragant praecipitur.

VII. Quum sacerdotum reversorum a militia non eadem sit conditio, neque par necessitas abluendi conscientiam et renovandi ecclesiasticum spiritum, Ordinarios prudentiae relinquitur breviorum vel

longiorem spiritualium exercitiorum cursum pro singulis statuere; ita tamen ut nemo minus quam octo integros dies spiritualis recessus impleat.

VIII. Ob eandem causam in singulis casibus Ordinarii definient, utrum, post spiritualia exercitia peracta, sacerdotes ad pristina officia sive curae animarum, sive magisterii aut regiminis in Seminariis aut similia sint statim restituendi, vel secus.

Ad hunc finem tribuitur facultas Episcopis removendi ad tempus ab animarum cura, ab officio confessorii, a regimine et magisterio alumnorum in Seminario, qui durante militia non bene se gesserint, sive iidem suspensi fuerint a divinis, sive non; eosque adigere poterunt ad vivendum ad tempus vel in aliqua religiosa domo, vel sub ductu pii et prudentis sacerdotis cum obligatione pia aliqua exercitia ex praescripto faciendi.

Idem in paribus casibus statuunt Ordinarii religiosorum pro suis subditis, quos etiam vocē activa et passiva ad tempus privare poterunt et ad vivendum in aliquo strictioris observantiae conventu adstringere. Superioribus autem generalibus facultas insuper tribuitur removendi superiores provinciales et locales, quoties ex eorum agendi ratione in militia id necessarium esse ducant.

Caveant tamen Ordinarii, quantum fieri potest, ne sacerdotes sive saeculares sive regulares sedem figant, in locis ubi militare servitium obeuntes diu commorati sint.

In casibus vero dubiis vel gravioribus, Ordinarii ad S. Sedem recurrant.

IX. Denique, attentis peculiaribus nostri temporis conditionibus, conceditur Ordinariis dioecesanis facultas ad quinquennium valitura, qua, exigente animarum necessitate, si desint sacerdotes unicuique parociae propriae, committere possint uni eidemque sa-

cerdoti curam duarum vel etiam trium paroeciarum, et transferre parochos a paroecia sua ad aliam magis centralem ex qua facilius succurrere possint fidelibus ipsorum curae commissis.

CAPUT IV

De alumnis Seminarium

X. Omnes Seminariorum alumni, qui post militare servitium ad pium locum redire volent:

a) Ordinario suo se sistent, eodem prorsus modo ac de sacerdotibus superius est dictum.

b) Ordinarius circa examen et notitias assumendas eadem ratione se geret ac cum sacerdotibus.

c) Si ex hoc examine aliisque argumentis et documentis constiterit aliquem haud bene se gessisse in militia, Episcopus, habito cum deputatis super disciplina et cum rectore Seminarii consilio, eum a regressu in Seminarium repellat.

d) Si aliter constiterit, Episcopus habito cum iisdem deputatis et rectore Seminarii consilio, petitionem admittat; sed sub modo et conditionibus quae in sequentibus indicantur.

e) In primis alumnum iubeat spiritualia exercitia peragere; et quoad locum, tempus et modum spiritualis recessus Episcopus statuatur ac decernat quod magis in Domino expedire in singulis casibus censeat, servatis, quantum fieri poterit, iisdem regulis ac cum sacerdotibus.

f) Post spiritualia exercitia, videat pariter, pro sua prudentia et cum consilio ut supra, utrum expediat alumnum a militia reversum cum ceteris statim admittere, an per aliquod tempus seorsim sub speciali vigilantia eum cum aliis a militia reversis detinere.

XI. Alumni in Seminarium reversi studia prose-

quentur inde adamussim incipiendo ubi ea abruperunt, et integrum cursum perficiant.

XII. Quoad ordinationem, Episcopi, memores plus quam alias apostolici illius praecepti (*ad Thim.*, I, cap. V): “Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis,, caveant a promovendis suis alumnis, praesertim ad maiores Ordines, antequam per aliquot menses eos rite comprobaverint, onerata super hoc gravissime eorum conscientia.

CAPUT V

De novitiis clericisque religiosis

XIII. Quoad novitios et clericos diversarum religionum, qui post militare servitium ad religionem suam revertuntur, eadem cum proportione servantur regulae ac de Seminariorum alumnis praescriptae sunt.

XIV. Transitus religiosorum, post militare servitium, ad clerum saecularem eorumque admissio in Seminarium prohibita manent iuxta communis iuris praescriptum.

CAPUT VI

De laicis aut conversis variarum religionum

XV. Qui fratres conversi vel laici in variis religionibus nuncupantur et post militare servitium ad conventum redeunt, consueto ut supra examini Superiores subiiciant; et si bene in militia eos se gessisse constet, praeviis spiritualibus exercitiis, cum cautelis et regulis in superioribus articulis nuntiatis, eos de quo in communitatem admittant.

Si vero constet eos se male gessisse et votis solemnibus ligati non fuerint, dimittant et hoc ipso a votis omnibus, etiam castitatis perpetuae, absoluti erunt.

Quod si votis sclemnibus obstricti fuerint, Superiores casum deferant ad S. Congregationem de Religiosis, et interim eos iubeant penes consanguineos suos vel in monasterio, sed seorsim, vivere.

CAPUT VII

De clericis in sacris, saecularibus vel regularibus, qui in graviora crimina prolapsi fuerint

XVI. Cum clericis in sacris, qui forte in aliquod ex maioribus delictis, durante militari servitio, misere lapsi forent, quum, redeunt, Ordinarii paterne quidem se gerant, sed ad eorum emendationem et salutem et in publicum Ecclesiae bonum, non omittent in singulis casibus iuxta criminum naturam procedere, prout in lib. V Codicis praescribitur, praesertim si in infamiam iuris vel facti incurrerint.

Cum iis vero qui per lugendum nefas a suis votis vel etiam a religione apostatae ad saecularem statum transiverint, iidem Ordinarii boni pastoris officium, quantum in ipsis est, agere non omittant, errantes oves opportune quaerendo. Curent insuper pro viribus ut, saltem in aliorum fidelium scandalum et perniciem, eorum prava exempla ne cedant.

Meminerint praeterea officii sui esse in relatione de dioecesis vel religionis statu aperte innuere an et quot apostatae deplorari apud ipsos debuerint.

* * *

Haec omnia Sanctitas Sua districte ab omnibus Ordinariis servari mandat, nec plane dubitat, attenta singulari rei gravitate, quominus omnes et singuli peculiarissimum impensuri sint studium, ut quae prescribuntur plene et ad unguem impleantur.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 25 Octobris 1918.

† C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius*.

L. ✠ S.

V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adessor*.

COLLATIO MORALIS MENSE IANUARIO HABENDA

Utrum illi, qui non acceperunt, teneantur restituere? S. Thom., 2.^a 2.^{ae}, q. LXII, a. 7.^o

CASUS CONSCIENŦIAE

Bertholdus, homunculus quidam, cauponis ferme magis, quam pandectis studens, nonnullis supremo vère orationibus, de socialismo habitis, societatem quamdam iniverat inter petrarios fabros, qui X adlaborabant. Tunc itaque maxima inflatus spe, birotae insidens iterum paucis abhine diebus advenit, novae colligendae messi ingenue confidens. At hospitium vix ingressus fuerat, vixque mensulae cenaturus sederat, cum tumultus maximus excrescit. Cucurrit ad fenestram orator, Audientiam ovantem appropinquare reputans; at saxa, plausus loco, iniuriis mixta iactantur, vitra franguntur, turba, duce Sisebuto, puerorum magistro, mulierum virorumque, oratorem ad nocem petens domum furens obsidet, et furcis, fustibus, falcibus instructa, exeuntem iuxta clausa ostia expectat. Sed tamen praeter omnium votum Bertholdus, nescio quo fato, aufugere sospes potuit. Quo factum est ut turba insaniens domum incendit, id vidente neque impediante Leontino populi supremo magistratu.

Neque admodum post facinus, Bertholdus Sisebutus et Leontinus ad sacramentum Poenitentiae rite accedunt quos Caius confessarius salmantinus, ubi semel integri damni reparandi *pro rata*, onus acque eis inunxerat, absolutos dimisit.

Judica agendi rationem sacerdotis Caii.

HERMANDAD DE SUFRAGIOS ESPIRITUALES

Ha ingresado D. Luis Hernández Contreras, Capellán del Hospital de Vitigudino.

EJERCICIOS ESPIRITUALES

Han practicado Ejercicios Espirituales en la residencia de Padres Jesuítas en Diciembre del 15 al 21:

Don Teodoro Andrés Marcos.

„ Angel García Hernández.

„ Lope Pérez Flores.

„ Enrique Ramos Martín.

„ Isidro López Romo.

„ Lucio Esteban Carbayo.

„ Ricardo Muriel.

„ Melitón Morán.

„ Luis Hernández Contreras.

En el Convento de Carmelitas descalzos de Alba del 2 al 7 de Diciembre, D. Higinio García Cuesta.

ANIVERSARIO

El día 22 de los corrientes se cumple el sexto aniversario de la muerte del venerable y amadísimo Pastor, Rmo. P. Valdés (q. d. D. g.)

Pedimos a los señores sacerdotes un *Memento* en el santo sacrificio de la misa, por el alma del bondadoso Prelado.

NECROLOGÍA

Ha fallecido, después de recibir los Santos Sacramentos, D. Eloy Usallán Martín, Párroco de Santiago de la Puebla.

Pertenecía a la Hermandad de Sufragios espirituales, por lo que los señores socios le aplicarán una misa y tres responsos.—R. I. P.

BIBLIOGRAFIA

Importantísimo para el Clero y alumnos de Teología Moral

Acaba de ponerse a la venta en todas las librerías católicas el *Epitome Compendii Theologiae Moralis*, del P. Ferreres, editado por la Casa Subirana de Barcelona. Forma un tomito manual esmeradamente impreso en papel indiano, y se vende con elegante encuadernación al precio de seis pesetas.

Anuario Eclesiástico

Sé mandará en breve a los señores Sacerdotes que lo tienen pedido a la Casa Subirana (Puertaferriosa, 14, Barcelona).

Los señores Sacerdotes suscritores al *Boletín Oficial* de esta diócesis pueden adquirirlo con las siguientes ventajas:

Regalo de la Agenda, que se les remitirá inmediatamente.

Rebaja de dos pesetas sobre el precio de venta.

Participación en el sorteo de distintos objetos de utilidad especial para los Sacerdotes que, como de costumbre, se celebrará una vez haya aparecido el *Anuario*.

Para obtener el *Anuario* con las ventajas indicadas, es necesario pedirlo enseguida.

El *Anuario* de 1919 es sumamente interesante. Contiene la relación de todas las parroquias de España agrupadas por

diócesis, lo cual le hará indispensable en todo despacho; una reseña arqueológica, histórica y artística de las Basílicas Romanas, dispuesta según el orden del año litúrgico y avalorada con una espléndida información gráfica de los grandes templos; las secciones de costumbre que tan útil han hecho el *Anuario*, irán puleramente corregidas y aun más depuradas; entre ellas merece citarse la continuación del año predicable, comenzándose en éste las Epístolas del año eclesiástico, acompañadas de notas exegéticas y reflexiones morales.

Esclava y Reina, revista mensual científico mariana

Hemos recibido el número XXIII de esta revista dirigida por el M. I. Sr. D. Francisco Salvador, censurada por el muy ilustre Sr. D. Juan Cuenca Carmona y redactada por canónigos de oficio y de oposición.

El resumen del número XXIII de dicha revista, la cual después del Congreso Mariano de Barcelona es de actualidad extraordinaria, es el siguiente:

Esclava y Reina, artículo 21 sobre la humildad y grandeza de María.—Contestación a los subscriptores prometiendo abrir nuevas secciones.—Juicio crítico sobre el Cuestionario Teológico para prepararse a concursos a curatos.—Exposición del libro del Beato Grignón de Montfort «La verdadera devoción a la Santísima Virgen».—Nuevas bendiciones.—Sermón de la Inmaculada.—La religión y el mundo actual. Pan del Alma.—Un ruego.—Cuestionario Teológico para prepararse a concursos a curatos.

El precio de suscripción es la limosna que se quiera dar. Dirección y Administración: Colegio de la Divina Infantita, Guadix.

EN 1866 FUNDOSE LA
ASOCIACION ESPIRITUAL DE DEVOTOS DE S. JOSE
DE ESPAÑA

para alcanzar del Señor, por intercesión de S. José, el triunfo de la Iglesia sobre sus enemigos y el alivio en sus tribulaciones del Pontífice pobre y perseguido; asociación que hoy cuenta con más de 1000 filiales

CEDIÓ AL PAPA TODO EL BENEFICIO,
497,854 pesetas

que han sido entregadas hasta hoy a los Pontífices como beneficio obtenido en las cédulas, medallas, etcétera, pero especialmente de la suscripción anual al boletín de la obra, la preciosa revista quincenal ilustrada

EL PROPAGADOR DE LA DEVOCION A SAN JOSE

bendecida por los Pontífices, indulgenciada su lectura por Prelados, y cuyo texto tan piadoso como interesante y ameno se ha conservado siempre a la mayor altura en los 52 años que lleva de vida contando por millares el número de suscriptores (la suscripción sólo cuesta 3 pesetas cada año).


INICIO LA CONSTRUCCION DEL MONUMENTAL
TEMPLO EXPIATORIO DE LA SAGRADA FAMILIA

que, empezado a construir en 1882, constituye ya apenas comenzado, una obra maravillosa de piedad y arte

Más de 3.500,000 ptas.
lleva allegadas para este gran templo nacional

invertidas ya totalmente en la monumental construcción, en la que se resuelven problemas hasta hoy no solucionados. Joya cuya belleza encanta a cuantos la visitan, Cardenales, Reyes, Príncipes, sabios, turistas, etc.

GRATUITAMENTE DAREMOS CUANTOS DETALLES SE DESEEN
HEREDEROS DE LA VIUDA PLA
EDITORES Y LIBREROS PONTIFICIOS
CALLE DE FONTANELLA, 13 — BARCELONA



Al Excmo. e Ilmo. Señor
Dr. D. Julián de Diego
y García Alcolea

dignísimo Obispo de Salamanca
en su Fiesta Onomástica

16 de Febrero de 1919
en testimonio
de afectuosa felicitación, respeto
y adhesión filial

La Redacción.

o o